

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



Et si fuerit saturnus dominus
 anni seu reuolutiois: fueritque
 boni esse similiter et mars et aspe
 xerit eum a trino vel sextili aspe
 ctu et vterque receperit alium de
 domo vel de exaltatione vel de
 duabus alijs dignitatibus: vel si
 erit ambo recepti ab vno plane
 ta significat quod in eodem anno au
 gebitur substantia popularium
 seu vulgi siue rustico:um et eorum
 honori et fama commiscebunt ma
 gnatibus et diuitibus. Si autem
 aspererit eum mars vel corpora
 liter fuerit ei iunctus et ipse malus
 esse significat diminutiones stat
 diuitum ac magnatum in reuolu
 tione illa que fuerint in diuisione arietis seu leonis vel sagittarij in breui ab
 dilatione magna: et qui fuerint in diuisione signi in quo fuerit vterque eorum
 inuicem male se habebunt ciues illarum regionum: et pauca erit inter eos pietas
 et nulla misericordia. **C** Sed si fuerit aspectus eorum trinus vel sextilis significat
 quod euenient ad nobiles siue diuites seu magnates qui sunt in diuisione arietis
 leonis atque sagittarij donatodes et filii de quibus gaudebunt et letabunt a ciuibus
 qui fuerint in diuisione signi in quo fuerit mars. Erunt etiam et alij habitatores
 illarum regionum boni esse et euenient eis placibilia ex ipsa regionibus qui fuerit
 in diuisione signi in quo fuerit mars. Si autem fuerit ex oppone vel quarto aspectu
 sine receptione signi eius horum eius quod dictum est. Nam loco donationum et
 aliorum placibilium venient mala iniurie rixe contentiones atque irietates inter
 diuites seu nobiles atque magnates regionum que sunt in diuisione signi in quo fue
 rit mars: et diuites atque magnates regionum predictarum. Insurgunt enim in eos et
 guerris et nitentur contra eos ut expellant eos de suis ciuitatibus atque regionibus
 nec remanebit hoc per eos: et abscindentur vie inter eos nec permittentur res
 portari de regionibus illis ad illas: etiam vniuersitas ciuium in regionibus que
 fuerint in diuisione signi in quo fuerit mars nitentur in lesione et offensione ciuium
 illarum regionum predictarum. Et si fuerit mars corporaliter iunctus cum saturno
 significat bellum et effusionem sanguinum ac multitudinem februum: signat etiam febres
 quartanas et pestilentias in partibus orientalibus: et signat iuuenes: et cadet inter
 diuites ac magnates guerra atque mutua interfectio ex ferro. **C** Et dicitur alibi
 masar grauabitur anona et vinum et multiplicabitur butirum. Et dicitur quod si fuerit
 mars prope ascendens anni erunt guerrae multe. Erunt dolores oculorum
 infirmitatesque inseparabiles: et multiplicabuntur tonitrua: et erit detrimentum
 in terra ex omni specie nisi contra operentur iupiter et venus qui si aspererit
 eos fragent maliciam eorum: et solus iupiter potest frangere maliciam vtriusque
 et reducere rem ad bonum.